

expulsis superfluitatibus uti nobili pigmento vel nobili vernasio vino vel alio nobili potu ylari^a cum buccella panis non minus laudabile videtur, ita quod post per modicum intervallum cibi refeccio laudabilis sequatur. Hec vestra humilis creatura magister Rembotus serenissimi Romanorum regis et vester medicus et servus, revocans vestre dominationi ad memoriam, quod dictus de Appenheim¹ cantor ecclesie Worm(aciensis) indebite me vexavit, semper sub ala vestre proteccionis de hiis et aliis sperans triumphare. Hec valde generalia, specialia reservans usque ad tempus opportunum.

LII. Die Stadt Pavia verspricht dem Kaiser, Galeazzo Visconti keine Hülfe zu leisten. 1328 März 15.

Or. Hausarchiv n. 187.

Nos Henricus de Gronusten imperiali auctoritate civitatis et districtus Papie vicarius et potestas, Mussus de Becaria miles, . . sapientes, consilium | et comune Papie presentibus profiteamur et ad universorum noticiam volumus pervenire, nos promittere et promisisse serenissimo principi domino Ludovico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto et magistro Henrico^b Hausnario eiusdem domini imperatoris notario pro ipso domino imperatore et ipsius nomine, quod si dominus Galeaz Vicecomes relassatus fuerit per dictum dominum imperatorem vel eius nomine, ordinamentis tractatum habitorem pro ipso contravenerit et fidem dicto domino nostro imperatori non servaverit, nullum eidem domino Galeaz aut fratribus suis vel filio contra dictum dominum imperatorem vel civitatem Mediolani conferemus auxilium, consilium vel favorem, set dictum dominum nostrum imperatorem adiuvabimus contra eos et eisdem totis viribus nos opponemus. Et quod^c superscriptum est, voluntate nostra et consilii et comunis et ipsorum nomine et nostro et in^c nostram et in ipsorum animam iuramus et iuravimus ad sancta Dei euangelia, corporaliter tactis scripturis, attendere et observare et contra non venire. Et ad maiorem fidem et certitudinem premissorum perpetuam predicta conscribi fecimus per infrascriptum nostrum

a) $\frac{1}{2}$ li. b) 'Henrio' Or. c) Nachgetragen mit dunklerer Tinte.

1) Bei Ingelheim. 'Niclaus von Appenheim senger' am Domstift 1359 Juni 28, Urkundenbuch d. Stadt Worms II, 351. Vgl. auch Schannat, Historia episcopatus Wormatiensis I, 93 zu 1349 und 1354.